Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.
Wien, 1794 Seite 2707
Quelle:
Copyright:

tokuzelniczy, qui rebus ſacris ad magiam abutuntur, *Nawazaczowe*, qui Ligaturas ſeu Amuleta uſurpant, *Ptakoprawczy*, Aruſpices, *Hadaczowe*, Conjectores. *Tantum ſeries juncturaque pollet.*

DCCXXXVII.

769 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 239. 8. non una manu exaratus et ipſe Sermones ſacros continet hoc Titulo: *Libellus Anthonij Baccalaurei de nacione* (Bohemica?) *Sermones ſuper epiſtolarum particulas ab aduentu vsque Trinitatis.* Initium a *Dominica prima in aduentu. Hora eſt iam. Iam ex dono dei hodie inchoamus tempus nouum* &c. Nomen *Wenc. Roſſii* non reperio, quamvis ſuſpicer hunc etiam *Codicem* Homileticae ejus Supellectilis partem feciſſe. Totus Gloſſis *Bohemicis* ſcatet, quarum unica fere gratia, ut tot ei ſimiles, mentionem meretur.

DCCXXXVIII — XLIII.

770 -75 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 448. 8. non una manu exaratus, ejusdem cum praecedentibus argumenti. Idem dic de *Codicibus* DCCXXXIX — XLIII. quibus adeo immorari operae pretium non eſt.

DCCXLIV.

779 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 142. 8. a diverſis congeſtus Varia complectitur *Adnotata* ad uſum potiſſimum *Homileticum* et *Hermeneuticum* non magni momenti. *Fol.* 101. Argumenta pro *Purgatorio* ediſſeruntur, hoc ingreſſu: *Quod locus purgatorij poſt hanc vitam ſit ex dictis ſaluatoris claret dicentis Matth. 12. Quicumque dixerit verbum contra filium* &c. *Fol.* 137. Elenchus *Virtutum* et *Vitiorum* texitur lingua lat. et bohemica, unde de *Codicis* Patria ſtatues.

DCCXLV.

Codex chartaceus lat. Sec. 835
XV. et XVI. Folior. 309. 8. lectus eſt e Schedis *Wenc. Roſſae* Sacerdotis *Bohemi* continentibus primas ſacrarum Dictionum Lineas pro diverſis Dominicis et aliis feſtis diebus.

DCCXLVI.

Codex chartaceus lat. Sec. 836
XV. et XVI. Folior. 317. 8. ejusdem generis Λειψανα ad eundem *Roſſam* olim pertinentia complectitur.

DCCXLVII.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. 837
et XVI. Folior. 212. 8. nihil abludit a praecedentibus duobus, quibuscum vix memorari meretur, niſi quis Gloſſulas *Bohemicas* hinc et inde illis inſperſas reſpicere velit, aut *Diploma Georgii* Regis a. regni quarto 1461. germanice datum *Gorliczenſibus*, quo

illis